



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum sacerdos legalis claves habuerit? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

De ministris clauium, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de ministris clauium, & vsu earum.

Cōc. Tri-
dent. in-
dicatis lo-
cis.

¶ Circa quod queruntur sex.

¶ Primo, vtrum sacerdos legalis clauis habuerit?

¶ Secundo, vtrum Christus clauis habuerit?

¶ Tertio, vtrum soli sacerdotes clauis habeant?

¶ Quarto, vtrum sancti homines non sacerdotes, clauis vel vsum earum habeant?

¶ Quinto, vtrum mali sacerdotes vsum clauium habeant efficacem?

¶ Sexto, vtrum schismatici, hæretici, excommunicati, suspensi, & degradati vsum clauium habeant?

ARTIC. I.

Vtrum sacerdos legalis clauis habuerit?

72

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod sacerdos legalis clauis habuerit. Clavis enim est sequela ordinis. Sed ipsi habuerunt ordinem, ex quo sacerdotes dicebantur. Ergo etiam clauis habuerunt sacerdotes legis.

Tho. 4. d.
19. q. 1.
ar. 1. q. 1.
c. 1.

¶ 2. Præterea, Sicut Magister dicit, clauis sunt duæ, scilicet scientia discernendi, & potentia iudicandi. Sed ad vtrumque sacerdotes legales habebant auctoritatem. Ergo habebant clauis.

li. 4. sent.
d. 18. §. C

¶ 3. Præterea, Sacerdotes legales habebant aliquam potestatem super reliquum populum; non temporalem, quia sic potestas regia non fuisset distincta a sacerdotali. Ergo spirituales. Et hæc est clavis. Ergo habebant clauem.

SED contra, Clauis ordinantur ad aperiendum regnum cælorum: quod aperiri non potuit ante Christi passionem. Ergo sacerdos legalis clauis non habuit.

¶ Præterea, Sacramenta veteris legis gratiam non conferebant. Sed aditus regni cælestis aperiri non potuit nisi per gratiam. Ergo per illa sacramenta non poterat aperiri; & sic etiam sacerdos, qui minister Supplementum.

M ster

ster eorum erat, clauis regni cœlestis non habebat.
 RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt
 quòd in veteri lege erant clauis regni apud sacerdo-
 tes: quia eis erat commissum imponere penam pro
 delictis, vt dicitur Leuit. 5. quòd ad clauis pertine-
 re videtur: sed fuerunt tunc incompletæ; nunc autem
 per Christum in sacerdotibus nouæ legis perfectæ sunt.
 Sed hoc videtur esse contra intentionem Apostoli
 in Epistola ad Heb. cap. 9. Ibi enim sacerdotium
 Christi præfertur sacerdotio legali, per hoc quòd
 Christus assistit Pontifex futurorum bonorum, im-
 ducens per proprium sanguinem in tabernaculum ma-
 nufactum, in quòd introducebat sacerdotum
 teris legis per sanguinem hircorum & taurorum.
 de patet quòd sacerdotij illius potestas non se-
 debat ad cœlestia, sed ad figuras cœlestium: & illud
 secundum alios dicendum, quòd non habebant
 ues, sed in eis figura clauium præcessit.

Ad primum ergo dicendum, quòd clauis regni
 cœlestis consequitur ad sacerdotium, per quòd homo
 cœlestia introducit. Non autem tale erat sacer-
 dotium Leuiticum: & idè clauis cœli non habuerunt
 sed clauis terreni tabernaculi.

Ad secundum dicendum, quòd sacerdotes veteris
 legis habebant auctoritatem discernendi & iudican-
 di, sed non vt admitteretur homo iudicatus ab eis
 cœlestia, sed in figuras cœlestium.

Ad tertium dicendum, quòd non habebant
 tualem potestatem: quia per sacramenta legalia
 à culpis, sed ab irregularitatibus homines purgabantur
 vt ad manufactum tabernaculum aditus purgatus
 eos pateret.

ARTIC. II.

Virum Christus clauem habuerit?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd
 Christus non habuerit clauem. Clauis enim est
 characterem ordinis consequitur. Sed Christus non habuit
 characterem. Ergo non habuit clauem.

¶ 2. Præ-